Quelle:
Copyright:

probabiliter ex Monast. Andacense

Cod. CCXLVII.

Chartac: Fol: Sec: 15.

B 2.4.

Missale Romanum.

Missale Romanum. Quarta Octobris legitur missa de S. Francisco Martyre, et Confessore; et hymnus: Gloria in excelsis variis in honorem B. V. M. laudibus interpolatus. De ejusmodi incepta paraphrasi vide Card. Bona Rerum liturg: T. III. p: 86. edit. Roberti Sala Fol:

Cod. CCXLVIII.

Chartac: Fol: Sec: 15.

B 2.5.

1.

Innocentii III. libri III de contemptu mundi.

(5a – 21a)

Innocentii III. libri III de contemptu mundi, seu ut titulus dicit: "Incipit liber de vilitate condicionis humane domini Lotharii diaconi cardinalis, qui postea fuit Innocentius papa iiij°." Idem subscribitur in fine libri tertii; sed fallitur librarius: Cardinalis enim Lotharius dictus est Innocentius III. non IV. Prologus operis incipit: "Domino patri karissimo P: dei gracia Portuensi Episcopo Lotharius indignus." Opûs ipsum: "Quare de valva matris egressus sum." Idem jam occurrit in Cod. LXXVIII. n: 2.

2.

Postilla in evangelia & epistolas peranhum.

1a – 161a

Postilla in epistolas, et evangelia peranum. Sermo primus incipit: "Induimini dominum nostrum Jesum Xtum. Ro. XIII. Deposita viciorum multitudine."